



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 48. Henricus Luxemburgius in Italia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

OXFORD LIBRARY OF THE
CLEM.V.P., HENR. VH OG. AND. II. OR. IMP. 715

garetum, Sciarram Columnam & quos- Sacul. XIV.
dam alios de capto Bonifacio maxime A.C. 1311.
reos. Dabat Avenione 27 Aprilis, anno p. 601.
1311, pontificatus sui sexto: nam se-
ptimum orsurus erat a quarta decima No-
vembris, qua coronatus fuerat.

p. 601.

Guilielmus Nogaretus perhibebat *Papebr. co-*
quidem se contra Bonifacium nihil fe-^{nat. p. *74.}
cisse sine bonis rationibus; pro maiore
tamen securitate absolutionem a Papa
Clemente flagitavit. Impertiit eam his
conditionibus: In primo transitu gene-
rali Nogaretus cum armatis equitibus
terram sacram adeat, ibi mansurus sem-
per, nisi poenæ spatium contrahamus.
Interea Vallem Viridem, Rupem Ama-
toris, Anicium, Bononiam maritimam,
Carnutumque, ac his in locis tempa SS.
Virginis cultu celebria, præterea Fa-
num S. Egidii, Montem Majorem, &
Compostellam religionis causa peregre
obeat. Hanc absolutionem Papae eodem,
quo priores litteras, die dabat.

§. XLVIII.

Henricus Luxemburgius in Italia.

I

Interim Henricus Luxemburgius Romanorum Rex Italiam intraverat, Romæ coronam accepturus imperatoriam. An. Rayn. 1310. n. 3. te discessum Papæ Clementi solenniter juraverat fore, ut catholicam fidem defende-

Sæcul. XIV. fenderet, hæreticos exterminaret, cum
A.C. 1311. inimicis Ecclesiae nullum sanctaret, fe-
dus, Papam protegeret, Ecclesiae Rom-
næ jura conservaret. Confirmabat re-
novabatque cuncta privilegia & dona
quæ Constantinus, Carolus Magnus,
Henricus, Otto IV, ac Fridericus II ei de-
derant. Hoc juramentum dixit Lau-
næ in Oct. 1310 inter manus Archie-
piscopi Trevirensis Balduini Luxembur-
gii fratris sui, & Joannis Molans Scho-
lastici Ecclesiae Tullensis; quos ambos
hanc ad rem Papa delegerat.

Bal. Miscell. Postea Rex Henricus superatis Alpi-
bus Italianam ingressus est, Festo S. Mi-
chaëlis die Segusii, & sub festum S.
Martini Astæ erat magno cum exercitu,

spondebatque fore, ut pacem in regio-
nen totam reduceret, Guelforumque ac-

Rayn. 1310. Gibellinorum partes reconciliaret. Pa-
p. 10. 11. &c. pa Genuensibus, Florentinis, Mediola-
nenibus, cæterisque Italæ populis pro

illo scripserat; & Cardinalem Arnaldum
Pelegruæum molimen ejus promovere
jusserat. At eventus minime respondic-
tum.

Henrici animo: ejus præsentia augebat
turbas, confirmabat recreabatque Gibel-
linos, & offendebat Guelfos: denique

committere pugnas, & obsidere loca co-
gebatur. Mediolani tamen e manibus
Archiepiscopi coronam ferream accepit
in templo S. Ambrosii die Epiphaniae

6 Jan.

*Miscell. p.
121. vit.
p. 1160.*

6 Jan. 1311 : & ortæ seditiones variæ Sæcul.XIV.
Regem per annum reliquum in Lombar- A.C.1311.
dia detinebant.

Papa promiserat se illi coronam im-
peratoriam Romæ suis manibus imposi-
turum. Sed postmodo hanc functionem
injunxit quinque Cardinalibus, Arnal-
do Feugero Sabinæ, Leonardo Albani,
Nicolao Ostiorum Episcopis, & duobus
Diaconis, Francisco Napoleoni ex Ursi-
nis de S.Lucia, & Lucæ Fiesco de S.Ma-
ria *in via lata*. Mandato hoc erat i-
nitium: JESUS Christus Rex Regum
tantam potestatem Ecclesiæ dedit suæ,
ut hujus sit imperare, ac Principes ma-
ximos extollere: Reges autem & Im-
peratores ei obsequi ac servire debeant.
Tum Papa inquietabat: Ratam habuimus
electionem Regis Henrici, & nos eum
coronaturos spopondimus. At hic Prin-
ceps ingressus Italiam per Legatos o-
ravit, ut maturaremus hunc actum, &
Cardinales aliquos eum festo Penteco-
stes die tunc propinquo obire juberemus;
quia nos ipsi eodem fungi non possemus
ob concilium generale prima Octobris
inchoandum, multaque alia ob nego-
tia sane quam urgentia, quæ nos cis Al-
pes detinerent. Dein Regi placuit an-
niversaria SS. Virginis in cœlum assump-
tæ dies, qua ille actus in basilica S.
Petri solito ritu fieret. Quocirca Romæ

Rayn. 1311.
n. 7.

n. 8.

n. 9.

eo

Sæcul. XIV.
A.C. 1311.

eo die eritis, quo tu Episcope Ostien-
sis, divinum sacrificium perages, & un-
ges Regem; atque vos cæteri quatuor
ei dabitis coronam imperatoriam, sce-
ptrum, pomum, gladium, & reliqua. Sub
hæc illis Papa præscribebat singulas ex-
ordine ceremonias ad normam libri ri-
tualis, qui asservatur in tabulario Ro-
manæ Ecclesiæ. Dabat Grosellæ 10 Jun.
1311: ac Pentecoste hoc anno in 30 Ma-
ji inciderat.

§. XLIX.

Causa Templariorum.

Sup. §. 36. Interim Cognitores pontificii ob causam
39.

Durui

Templ. p. 170
172.

Templariorum Parisiis commorantes
inquisitionem amplius anno & dimidio
habitam finierant, ejusque rationem
reddebant Papæ per litteras hanc in
sententiam exaratas: Sanctissime Pater!
Commissam a te nobis inquisitionem, qua
poteramus, maxima fide, cura, & dil-
ligentia obivimus. Testes ducentos til-
ginta & unum variis e provinciis nobis
subministratos, & antea non auditos
percontati sumus. Causæ totius instru-
mentum majusculis scriptum litteris ad-
te mittimus: & aliud pro maiore securi-
tate in Parisino Dominæ Nostræ tabu-
lario deposuimus. Dabamus in Abba-
tia regia prope Pontifaram anno 1311,

pontifi-